1637 r.

Ad officium et Acta praesent. Castren. Capitaneal. Novae Civitatis Korczyn personaliter venientes Nobiles Stanislaus et Gaspar Miklaszewscy olim Nobilis Mathiae Miklaszewski filij fratres inter se germani obtulerunt eidem Off.o praesenti ad inserendum in Acta praesentia Privilegium Nobilitatis suae sibi et praefato olim Parenti suo Successoribus utriusq. sexus suis a Serenissimo et Invictissimo Divae memoriae olim Sigismundo Augusto Rege Poloniae Dno Nostro Clementissimo et Consiliarijs Regni in Conventione Generali Lublinen. ex benignitate Mtis suae gratiose collatum una cum expressione insigniorum per eandem Sacram Regiam Mtem concessorum sigillo Minoris Cancellariae in bulla cerea eidem Privilegio appensa obsignatum et manu eiusdem Serenissimi Divae memoriae Regis subscriptum petens hoc idem Privilegium a se offerentibus suscipi et in Acta pntia inscribi. Quorum affectationi Officium praesens annuendo hoc idem Privilegium omni nota et suspicione carentem suscepit et in Acta pntia inserere mandavit quod postea ad affectationem et postulationem eorundem offerentium in manus ipsorum extradidit. Cuius Privilegij tenor et series de verbo ad verbum sequitur estq. talis.

Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Dominus atq. Haeres.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis tam huius quam ad posteritatem futuri temporis hominibus harum literarum Nrarum notitiam habituris, Nobis non commendata tantum verum re ipsa multoties cognita et probata Egregij viri Mathiae Miklaszewski virtus singularis et

p̄stanta de Nobis et Regno Nostro merita effecerint Ut ipsum eti-
am S. Nobilem Silesitanum volens nostrae in eum gratiae perpetu-
um extare testimonium in Ordinem Nobilitatis Regni Nostri Poloniae
transferemus Cum ab adolescentia sua atq aetate tenera omnes actus
honestissimos in negotiis Militaribus Regni Nostri antea exercebat tum
et nunc in his omnibus expeditionibus quas contra Magnum Ducem
Moschoviae in felici expeditione nostra sub Polock Kewel et Ula
Arabus suscepimus alacrem semper et viri fortis animum p̄ferentem
re ipsa sese declaravit. Quibus omnibus ac aliis gravissimis iustis-
simisq de causis nos hunc Mathiam Miklaszewski et filios eius
l(egi)time natos et educatos Joannem Georgium Christophorum Sta-
nislaum et Gasparum in Nobilitatem et Equitum Regni Nostri Or-
dinem adscribendos et associandos esse Judicavimus atq a Deo
authe n(ost)ra Regia ipsum ac filios illius posterosq eorum universos
utriusq sexus Nobilitati et Equestri Regni Nostri Poloniae Ordi-
ni adscribimus Computamus associamus et adiungimus eosq Nomi-
ne ac Nobilitatis Jure afficimus quoque Nunquam Magis in Re-
gno Nostro optimo Maximoq aut Maioribus tam paternis quam
Maternis longa propagine Nobilitatis Ortus aut Regum Po-
loniae Serenissimorum Nostrorum antecessorum beneficiis Nobi-
les factus etc. Conferendo illi eiusq liberis his ac posteris eorum l(egi)timis
utriusq sexus praerogativas praeeminentias Magistratuum di-
gnitatumq tam Saecularium quam Spiritualium adipiscendi
Jus immunitates exemptiones Ornamenta ac Jura Omnia
Cum Nulla exceptione quibus Equester Ordo Regni N(ost)ri

Nobilesq homines in Polonia pro Jure ac Consuetudine utuntur
fruunturq. Quod quidem Jus Nobilitatis dum Illustribus certis
et antiquis insignibus dictis Ostoia (quae sunt gladius stans
inter duas flavas lunas Cornutas in Campo rubeo in Clipeo
autem defert prout Mos est et Consuetudo vetus familiae Il-
lius quinq pennas Struthionis) tanquam bonis quibusdam No-
bis Condecoratum reddere vellemus exposuit Nobis Regni
Nostri Exercituum Campiductor Magnus Nicolaus de Sienia-
wa Sieniawski pro suis in eundem Mathiam Miklaszewski
Studiis proq illius Meritis obq tam vigilantia Militaria gesta
ips(um) eundem Nobilitatis et insignium huiusmodi dignum
fore. Quamobrem Nos authe nostra Regia illi insignia vetu-
sta formae Regni Nostri gentis Ostoia Conferimus ipsumq eidem
perpetuo adscribimus assignamus et adiungimus. Decerni-
mus vero ut descriptis insignibus Commemoratus Nobilis Ma-
thias Miklaszewski eiusq liberi et posteri Sexus utriusq
l(egi)timi omni tempore et loco publice et privatim bello pa-
ceq in quibusvis honestis rebus et Actionibus expeditionibus
Equestribus ludis vexillis tentoriis sigillis annulis Signis
Monumentis aedificiis imaginibus pro more Usu et Consue-
tudine quo minus Nobilium virorum utatur et fruatur eaq
insignia pro gemina suae Nobilitatis Nota et documento ha-
beat perpetuis temporibus. Quae omnia per praesentes l(itte)ras
Nostras ad Notitiam omnium Regni Nostri dignitariorum
Magistratuum Praefectorum Officialium quominus Nobi-

lium hominumque omnium Regni Nostri Cuiuscunque Ordinis Sta
tus Dignitatis et Conditionis sint plene deduximus atque ad eo
sancimus decernimus Mandamusque ut praedictum Mathiam
Miklaszewski eiusque posteritatem pro benis utriusque sexus Nobiles
habeant Illisque omnes praerogativas praeeminentias immunita
tes libertates iuraque omnia tribuant et Concedant quae vere
Nobilis Regni Nostri hominibus ex antiqua Maiorum Nobi
litate descendentibus tribui et Concedi Solent Hasque literas Nostras
Ut in omnibus suis articulis Clausulis punctis Commemoratis Ma
thias Miklaszewski suusque posteris salvas et integras Conservent et
Conservari pro suo quisque Officio faciat Nec quispiam pro gra
tia nostra Regia sub poenis in legibus publicis et Consuetudine
inviolabiles huiusmodi [illegible] Constitutis alter
praesumant in quorum omnium fidem et evidentius testimon
ium praesentes Manu Nostra subscripsimus et Sigillum Regni
Nostri appendi mandavimus Datum Lublini in Conventu Ge
nerali Regni die Undecima Mensis Augusti Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Nono Regni vero
Nostri Quadragesimo praesentibus Reverendissimis Reverendisque in Chri
sto Patribus Dominis Jacobo Uchanski Archiepiscopo Gne
snensi legato Nato et Regni Nostri Primate Philippo Pa
dniewski Cracoviensi Stanislao Karnkowski Cuiaviensi A
dam Konarski de Kobelina Posnaniensi Petro Myskowski
Plocensi Alberto Starozrebski Chelmensi Episcopis Nec
non

non Magnificis Generosis ac Venerabilibus Sebastiano Mielecki
Castellano Cracoviensi Brestensi Capitaneo Stanislao Mysko
wski de Mirow Cracoviensi [illegible] Cracoviensi Petro Zboro
wski Sandomiriensi Stobnicensi Capitaneo Olbrachto Laski Sy
radiensi Joanne Sierakowski Lanciciensi Joanne de
Glurow Brestensi Medzyrecensi et Koninensi Capitaneo Jo
anne de Barczyn Krotowski Inowladislaviensi Joanne Fir
ley de Dambrowica Lublinensi et Marschalco Regni An
drea Debowski Belzensi Capitaneo Rubiessoviensi Arnol
pho Uchanski Plocensi Nicolao Kiska de Ciechanow Po
dlachiae Fabiano Czema Mariaeburgensi Achatio Czema
Pomeraniae Pallatinis Stanislao Sobek de Sulejow San
domiriensi Thesaurario Regni Andrea Dembowski Sy
radiensi [illegible] Drzewicki Inowladensi Stanislao Her
bult de Felsztyn Leopoliensi Stanislao Slupecki Lu
bliniensi Andrea de Tenczyn Belzensi Anselmo Go
stomski Plocensi Sigismundo Wolski Czersensi Ada
mo Koszynski Podlachiae Christophoro Myskowski
de Myrow Ravensi Joanne Kostka de Stemberk Ge
danensi Hieronimo Ossolinski Sandomiriensi Joanne Tarlo
de Szczekarzowice Radomiensi Nicolao Ligęza de Bo
brek Zawichostensi Alberto Przyjemski Landensi Jo
anne de Sienno Zarnovicensi Joanne Krzysztoporski
Velunensi Joanne Herbult Sanocensi [illegible] Varsaviensi

Saucienꝫ Capitaneo Cheruscenꝫ Stanislao Kryski de Drobin Racią
zenꝫ Castellanis Valentino Dębienski de Dębiany Cancel
lario Francisco Krasinski de Krasne Praeposito Plocenꝫ
et Vicecancellario Regni Nostri Stanislao Barzey Mar
salco Curiae Regni Stanislao Ostrolenski Cantore Gne
snenꝫ Referendario Curiae Regni Joanne Borachowski
Praeposito Zanicienꝫ Canonico Cracovienꝫ Simone Zięgo
wski Praeposito Miechovienꝫ Stanislao Krasinski Scholasti
co Gnesnenꝫ Joanne Zaborowski Praeposito Sandomirienꝫ An
drea Patricio Archidiacono Posnanienꝫ Hieronimo Kiernski
Canonico Posnanienꝫ Stanislao Jagielweder Scholastico
Varsaviensꝫ Stanislao Zamoiski Capitaneo Belzenꝫ Nicolao
Zaski Incisore Mensae Matthia Zalinski Succamerario
Nostro Jacobo Kraseicki Stabuli Praefecto Nicolao Tar
lo Vexillifero Praemislienꝫ Joanne Lesniowolski Podtta
bore Leopolienꝫ Tenutario Dolinenꝫ Andrea Firley de Dą
browica Joanne Zamoiski Joanne Demetrio Solikowski
Stanislao Krasicki Joanne Laryssa Thoma Drojowski
Secretarys Officialibus et Aulicis sincere et fidelibus Nostris
dilectis Sigismundus Augustus Rex manu propria
Actum in Castro Novae Civitatis Corczyn
Feria Sexta post Festum Sancti Michaelis Ar
changeli proxima Anno Domini Millesimo Sex
centesimo Vigesimo [illegible] ...nhimo.

Correxit Szelig[?]

Lectis Strzalkowsky

Oblata Privilegi Nobilitatis
Michlasziewski Fermens

In Castro Radom. Cetres Condps

Sexta post Michaelis 1637

Dok. nr. 140
Inw. 132